



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

# **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Svmma Diana**

**Diana, Antonino**

**Coloniae Agrippinae, 1656**

Infamia

**urn:nbn:de:hbz:466:1-40647**

**S**ibi præscindere, jejunare supra valetudinem, ex virtute abstinentiae; vesci fungis, & cibis noxiis, bibere copiam vini eliquati, etiam cum periculo febris, & similia, quæ quemadmodum cum adhibentur ad vitandam mortem, non sunt contra virtutem, ita nec contra virtutem erit immoderatus potus ob eandem easam: quia sicut ad mortem, etiam ab extremitate imminentem arcendam corporis sanitatem laedere licet, ita etiam in eundem finem licebit, usum rationis ad modicum impedire: sic exigente obligatione custodia, quam horum omnium habet homo, ob bonum totius.

Ad Divum Augustinum responderet Lessius, eum illud asserere propter ea, quæ conjuncta per accidens esse solent, & responderi etiam potest eum loqui in casu, quo ebrietas sub metu mortis praeciperetur in ordine ad violandam virtutem temperantiae, & in contemptu ipsius. *p. 6. tract. 7. ref. 44.* An alium inebriare liceat ad aliquod malum vitandum, Vide *V. Scandalum, n. 4.* An conjux conjugi ebrio debitum reddere teneatur, Vide *V. Vxor num. 3.*

**Qua pæna** **ebiorum sint** peccata in se? **Vel in causa?** 2. Petes: An facta mala ebiorum imputentur, & sint peccaminosa? Respondeo, in se non esse peccata, quia non sunt voluntaria; sed esse quosdam effectus peccati praecedentis, quando nimis voluntarie quis se inebriavit. Vasquez tom. 1. in part. 2. disp. 94. à cap. 2. contra Sotum in 4. distinct. 12. quest. 1. artie. 7. Qui disp. 227. c. 3. num. 11. notat, multa dicta, & facta ebiorum etiam præsa, non esse peccata, ne in causa quidem, qualia sunt contumelia, blasphemia, perjuria, infidelitas, quia contumelia ab ebrio in hominum existimatione non censerur injuryosa, & blasphemia, & alia recensita non sunt peccata, nisi scienter sint: nam qui non videt, falsum esse quod jurat, non est perjurus. Sed circa blasphemiam, infidelitatem, & perjurium, contrarium tenet Sanchez in sum. tom. 1. lib. 1. c. 16. num. 44. Omnes tamen fatentur actus ebiorum laudentes proximum in vita, aut bonis, esse peccata, saltem in causa.

3. Adverte autem quodd in sententia *Et quid si Soti*, quod actus ebiorum sint peccata ebrios post in se, si ebrium antequam hi actus se ebrietatem, quantur, pœnitentia datæ cauæ officiæ, malum ince-

malum postea sequens non erit peccatum in ebrietum in se, quia voluntarium intercism estate, non perfuit per pœnitentiam. Unde, si antequam esset præveretur, confessus esset datæ causa, tere, non teneretur postea coaſteri damnum sequentium, ut ait idem Sotus ubi sup. *Imō Henriquez lib. 5. c. 5. n. 5. in glossa list. H.* putat, quod si illi effectui adnexa est incommunicatio, ebrios illū præveritens per pœnitentiam non illam incurrit. Quod licet Sanchez non admittat ubi sup. num. ult. in omnibus, admittit tamē in peccatis solius oris; in his enim si sint ab ebrio, etiam voluntaria in causa non incurri excommunicationem, si quæ adnexa est. *p. 3. tr. 6. ref. 52.*

### I N F A M I A.

1. **I**nfamia parentum non nocet filii. *Non nocet* **lares;** nisi id jure decretum sit. Sic filii satellitum infames non sunt; secus vero filii, & nepotes parentum, violentas manus in Cardinales injicientium ex ea. *Felicitas in 6. & filii proditorum crimen* *lexæ majestatis committentium, part. 10. ref. 26. tract. 11.* Nec sunt infames filii carnificum ex eodem capite, quia nulla infamia contra ipsos est decreta injure; sic Megala, & Palao: nec filii publice flagellorum; licet ipsi, ut & damnati ad tristemes ex causa famosa irregulares ex infamia sint. *ibid.*

2. **Vile officium inducere infamiam** communiter *D.D. sentiunt.* Tamen *Villissimum.* Palao Tom. 6. d. 3. punt. 20. numer. 6. & *omnium* Corneio in 3. part. tract. 3. Irreg. cap. 8. officium. *dub. unie. quest. 2.* probant nullum officium inducere infamiam, nisi id jure cautum est de officio histriorum juxta, 2. 1. & 2. *§ ait Prator. iunctis duobus seqq. ff. de his qui notantur infamia.* Et licet hoc verum non sit, putat tamen Marchin contra Bonacini, *Infamem in uno loco posse* *Ooo.* *in alio*

In alio infamen non esse, & sic nec irregularē eo titulo si infamia ista facile non sit perventura ad locum, in quo tunc habitat, nec reversurus sit ad locum antiquum; quibus conditionibus in illo loco poterit ordinari, *ibid. v.* Sed si inquiras,

*Sententia  
Iudicis in-  
curritur*

3. Ego id statuo: sententia judicis incurri infamiam, & irregularitatem. Secundo: jure ipso respectu aliquorum eriminiū, que enumerat Sylv. hæc lunt perjurium in judicio, simonia, sodomia, improbum fœnus, id est, ubi usura usurarum exiguntur, sacrilegium, duellum, crimen læse majestatis, esse fautorem hereticorum, hæresis, &c. Sed hæc crimina debent esse publica: nec hæc infamia emendatione tollitur, sed dispensatione. *Ibidem.*

*Tollitur  
emendatione  
triennal de-  
licti.*

4. Infamia facti tollitur emendatione triennali delicti. Infamia juris Canonici à Pontifice tollitur: juris civilis à Principe sæculari tolli potest. Infamia etiam tolli potest ab Episcopo, si infamia oritur à delicto, in quo potest Episcopus dispensare: quale est juxta plures, adulterium, & illo alia minoria: licet ali existimant solum posse dispensare cum sic infami, ut ordines exerceat, non verò ut ad ordines promoveatur. *Vid. v.* Quoad tertium. Tandem per baptismum tollitur infamia orta ex delicto, quæcumque sit secundum Bonacin & Bassum. Ego tamen dico cum Corneio, hoc intelligi, si ille qui baptizatur infamis esset ex jure civili, & subjectus etiam esset Principibus infidelibus. Nam Judæus, v.g. subditus Principi Christiano, & ante baptismum flagellatus publicè, infamis etiam post baptismum esset, & ideo irregularis, dum à Principe Christiano illa infamia non toleretur.

¶

### INFIRMIUS.

1. **I**nfirmus excusat ab obligatione je. **I**nfirmus Junii. Vide *Iejunium*, num. 18. Et Sa- quoad ieiucerdos infirmus à recitatione Officii. *num. 10.*

*Officium*

2. **I**nfirmus in periculo mortis tene- divinum. tur confiteri, Vide V. *Confessionis*, num. *Confessionis*, 14. & communicare. Vide V. *communi- Communionis*, num. 9. An etiam extremam Vn- nem. extionem suscipere, Vide V. *Extrema Vna-* Et *Vnctionis*, num. 1. & 2.

### INGREDI

*Monasteria.*

† **D**E ingressu ad Monachandum, *Ingredi*: *Mo-* vide infra V. *Ingredi Religio-* *nasteria Mo-* nes. Hic sermo est de clausura quoad *nialium*.

1. Prohibitum est ergo omnibus, tam *Viris, & mu-* viris, quam in ultibris in monasteria *lieribus pro-* Monialium, & mulieribus in mona- *hibitum,* steriorum, ingredi, vel admitti, & (*Et claustra* intrantes ultra easus necessarios, & sine *Religiosorum* licentia, peccant mortaliter, & contra- *mulieribus.* hunt excommunicationem Papalem. Sub mortalitate, quam etiam incurrunt Superiores utriusque sexus admittentes vel ingredi per communicationes sub praetextu facultatis papatione. Religiosi autem absque tali praetextu, seclusane, admittentes, incurrit ipso facto suspensionem à divinis, privationem officiorum, & inhabilitatem ad alia in posterum obtinenda ex variis motibus diversorum Pontificum, præsertim Gregorii XIII., & Pii V. de quibus inter alios Bonacina de claus. quest. 4. & 5. Sanchez in opusca- mor. lib. 6. à c. 6. & Suarez, tom. 4. de relig. lib. I. à c. 10. † Qui tamen, cum in c. 7. num. 8. ait, fœminarū ingressum in Mo- nasteria virorum, secluso scandalo, prævo fine, &c. non esse mortalem, eo quia nullo jure statuitur, non est admissus; nam Bulla Pii V. clarè loquitur, & postea est in Bullario. Nec simili-

*liter*